

dicimus: *Sanctificetur nomen tuum*, quid aliud dicimus quam ut nomen eius sanctificetur in nobis? Quod cum iam per lauacrum regenerationis effectum sit, quare quotidie a fidelibus poscitur, nisi ut in eo quod factum est in nobis, perseueretur a nobis? Nam  
 55 et beatus Cyprianus hoc sic intelligit exponens quippe eandem orationem: *Dicimus, inquit, "sanctificetur nomen tuum", non quod optemus deo ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus a deo, ut nomen eius sanctificetur in nobis. Ceterum a quo deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit: "sancti estote, quoniam et ego sanctus sum", id petimus et*  
 60 *rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse coepimus perseueremus.* Ecce gloriosissimus martyr hoc sentit, quod in his uerbis quotidie fideles Christi petunt, ut perseuerent in eo quod esse coeperunt. Nullo autem dubitante, quisquis a domino ut in bono perseueret precatur, donum eius esse talem perseuerantiam  
 65 confitetur.

11. Quae cum ita sint, corripimus tamen eos iusteque corripimus, qui cum bene uiuerent, non in eo perseuerarunt. Ex bona quippe in malam uitam sua uoluntate mutati sunt, et ideo corripuntur; et si nihil eis correptio profuerit, sed in uita perdita usque ad mortem perseuerauerint, etiam diuina in aeternum damnatione sunt digni. Nec se excusabunt dicentes, sicut modo dicunt: "quare corripimur?" ita tunc: "quare damnamur, quando-

---

*desunt AA1A2A3*

---

51 Matth. 6, 9      56 Cypr., domin. orat. 12 (CC 3A, p. 96, 193-199; cf. *Introd.*, p. 179) 59 sancti ... sum] cf. Lev. 11, 44; 11, 45; 19, 2; 20, 7; 20, 26

---

52 iam om. g      55 intellexit D      57 a deo *codd. edd.*; cf. *Aug., c. Pelag.* 4, 9, 25 (CSEL 60, p. 569, 19); ab eo *Aug., perseu.* 2, 4 (PL 45, 996); a domino *Cypr., domin. orat.* 12 (CSEL 3, 1, p. 274, 24)      59 quoniam] quomodo BEDG; cf. *Introd.*, p. 179

11,2 perseuerauerunt DG      3 corripuntur] \*correptione DFCj; cf. *Introd.*, p. 182      6 sicut] hic DF b ("uocabulum hic addebant quatuor mss quem et urgere uidetur Augustinus") ik

quidem ut ex bono reuerteremur ad malum, perseuerantiam non accepimus qua permaneremus in bono?” Nullo modo hac excusatione a iusta damnatione se liberabunt. Si enim, sicut ueritas loquitur, nemo liberatur a damnatione quae facta est per Adam nisi per fidem Iesu Christi, et tamen ab hac damnatione non se liberabunt qui poterunt dicere non se audisse euangelium Christi, cum fides ex auditu sit, quanto minus se liberabunt qui dicturi sunt: “Perseuerantiam non accepimus”? Iustior enim uidetur excusatio dicentium: “Non accepimus audientiam”, quam dicentium: “Non accepimus perseuerantiam”, quoniam potest dici homini: “In eo quod audieras et tenueras, perseuerares si uelles”, nullo modo autem dici potest: “Id quod non audieras, crederes si uelles”.

12. Ac per hoc et qui euangelium non audierunt, et qui eo audito in melius commutati perseuerantiam non acceperunt, et qui euangelio audito uenire ad Christum hoc est in eum credere noluerunt, quoniam ipse dixit: *Nemo uenit ad me, nisi ei datum fuerit a patre meo*, et qui per aetatem paruulam nec credere potuerunt sed ab originali noxa solo possent lauacro regenerationis absolui quo tamen non accepto mortui perierunt, non sunt ab illa conspersione discreti quam constat esse damnatam, euntibus omnibus ex uno in condemnationem. Discernuntur autem non meritis suis sed per gratiam mediatoris, hoc est in sanguine secundi

11,11 liberatur ... 12 Christi] cf. Gal. 2, 16; Rom. 3, 22; 5, 1 14 fides ... sit] cf. Rom. 10, 17 12,4 Ioh. 6, 65 9 ex ... condemnationem] cf. Rom. 5, 16

13 potuerunt *Abael*, sic et non 84, 13 (p. 304, 103) | Christi *om. DF* 17 homini *BEDFG abcdefg; Abael*, sic et non 84, 13 (p. 304, 108); homo *C h* (“ita commodius *ms. duo quam excusa homini*”) *ijk* 18 perseuerares *DF; Abael*, sic et non 84, 13 (p. 304, 109); in eo *praem. BEGC edd.*; cf. *initium huius sententiae nec non cap. 10,54 et 23,5*

12,7 conspersione] conspersione *C edd.*; cf. *Introd.*, p. 183

Adam iustificati gratis. Itaque cum audimus: *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem et accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*, ab illa perditionis massa quae facta est per primum Adam, debemus intelligere neminem posse discerni, nisi qui hoc  
 15 bonum habet, quisquis habet, quod gratia saluatoris accepit. Hoc autem apostolicum testimonium tam magnum est, ut beatus Cyprianus ad Quirinum scribens, ipsum subiecerit illi titulo in quo ait: “In nullo esse gloriandum, quando nostrum nihil sit”.

13. Quicumque ergo ab illa originali damnatione ista diuinae gratiae largitate discreti sunt, non est dubium quod et procuratur eis audiendum euangelium, et cum audiunt, credunt, et in  
 5 *fide quae per dilectionem operatur*, usque in finem perseuerant; et si quando exorbitant, correpti emendantur, et quidam eorum etsi ab hominibus non corripantur, in uiam quam reliquerant redeunt; et nonnulli accepta gratia in qualibet aetate periculis huius uitae mortis celeritate subtrahuntur. Haec enim omnia operatur in eis qui uasa misericordiae operatus est eos, qui et elegit illos in  
 10 filio suo ante constitutionem mundi *per electionem gratiae*. *Si autem*

---

*desunt AA1A2A3 qui uasa] inc. AA1A2A3*

11 I Cor. 4, 7 13 perditionis massa] *cf.* Rom. 9, 21 18 Cypr., testim. 3, 4 titulus (CC 3, p. 92, 1)

13,4 Gal. 5, 6 9 uasa misericordiae] *cf.* Rom. 9, 23 | elegit ... 10 mundi] *cf.* Eph. 1, 4 10 Rom. 11, 5 | si ... 11 gratia<sup>3</sup>] Rom. 11, 6

---

12 et BEG j (*cf.* in graecis: εἰ δὲ καὶ); *om.* DFC *abdefgbi*; *cf.* 9,2 et *Introd.*, p. 175  
 13 massa] *cf.* *Introd.*, p. 183 14 qui] quod *abdefgh* 15 bonum] donum *multi*  
*recc.*, *edd.* | quisquis] *F pauci recc. bcd[ghi* (“forte legendum: nisi qui hoc bonum  
 habet, quod qui habet, gratia ...”) *j*; quidquid BEDGC *ae*; *Flor.*, *expos. in I Cor.*  
 4, 7 (*fol.* 108<sup>r</sup>1); a quo habet quidquid *ms. n° 145 k*; *cf.* *Introd.*, p. 184  
 17 Quirinum DFC *b* (“Quirinum pro Cyrinum. Ita citatur in *Aug.*, *c. duas epist.*  
*Pel. lib. 4<sup>m</sup>* [cap. 8, 21 et 10, 27]) *ijk*; Cyrinum BEG *nonnulli recc. abdefg*; *Flor.*, *expos.*  
*in I Cor.* 4, 7 (*fol.* 108<sup>r</sup>1); *Cypr.*, *testim.* (*in explicit ms. V* [ed. *Weber*, CC 3, p. 179])  
 13,6 corripuntur DF 7 qualibet aetate] quacumquelibet potestate D 9 il-  
 los BEAA1A2A3FG; *Gott.*, *praed.* 18 (p. 256, 27); *Ratra.*, *praed.* I (33 B); eos DC  
*edd.*

*gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Non enim sic sunt uocati ut non essent electi, propter quod dictum est: Multi enim uocati, pauci uero electi; sed quoniam secundum propositum uocati sunt, profecto et electi sunt per electionem, ut dictum est, gratiae, non praecedentium meritorum suorum, quia gratia illis est omne meritum.* 15

14. De talibus dicit apostolus: *Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperatur in bonum his qui secundum propositum uocati sunt, quoniam quos ante praesciuit, et praedestinavit conformes imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus; quos autem praedestinavit illos et uocauit, quos autem uocauit ipsos et iustificauit, quos autem iustificauit ipsos et glorificauit.* 5  
 istis nullus perit quia omnes electi sunt. Electi sunt autem quia secundum propositum uocati sunt, propositum autem non suum sed dei, de quo alibi dicit: *Vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori; et alibi: Non secundum opera nostra, inquit, sed secundum suum propositum et gratiam.* 10  
 Cum ergo audimus: *Quos autem praedestinavit, illos et uocauit, secundum propositum uocatos debemus agnoscere, quoniam inde coepit dicens: Omnia cooperatur in bonum his qui secundum propositum*

---

12 Math. 20, 16 13 Rom. 8, 28 14 Rom. 11, 5  
 14,1 Rom. 8, 28–30 (cf. *Intro.*, p. 188) 6 Rom. 8, 28 8 Rom. 9, 11–12  
 9 II Tim. 1, 9 11 Rom. 8, 30 13 Rom. 8, 28

---

11 iam<sup>2</sup> om. D 13 enim om. BEG; sunt enim aliquot rec. 14 et om. BE; Gott., praed. 18 (p. 257, 2)  
 14,2 cooperantur AA1A2A3DFG abcdefgjk; Gott., praed. 18 (p. 257, 5); Ratra., praed. I (33 C); cf. G. Folliet, SEJG 37 (1997), 33–55 | sunt] sancti add. D (h: “sed non est in graecis”); Gott., praed. 18 (p. 257, 6) 3 conformes EDGC hi (“fieri non in graecis”) jk; Gott., praed. 18 (p. 257, 7); fieri add. BEF abcdefg; cf. l. 15 6 autem quia] qui Flor., sent. 4, 10 (129 C) 8 dicitur Gott., praed. 18 (p. 257, 13) | maneret] DFC b (“in impressis et, sed copulam legunt nec graeca Pauli nec mss”) ijk; Gott., praed. 18 (p. 257, 14); et add. BEG abcdefg; ab Augustino hic uersus numquam adhibito uerbo et citatur 10 propositum suum tr. Flor., sent. 4, 10 (129 C) 13 cooperantur BDG; Gott., praed. 18 (p. 257, 19); cf. l. 2

uocati sunt, ac deinde subiunxit: *Quoniam quos ante praesciuit, et*  
 15 *praedestinavit conformes imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fra-*  
*tribus, atque his praemissis subdidit: Quos autem praedestinavit, illos et*  
*uocavit.* Eos itaque uult intelligi quos secundum propositum uoca-  
 uit, ne putentur in eis esse aliqui uocati et non electi, propter  
 illam dominicam sententiam: *Multi uocati, pauci electi.* Quicumque  
 20 enim electi sine dubio etiam uocati, non autem quicumque uocati  
 consequenter electi. Illi ergo electi, ut saepe dictum est, *qui se-*  
*cundum propositum uocati,* qui etiam praedestinati atque praesciti.  
 Horum si quisquam perit, fallitur deus; sed nemo eorum perit,  
 quia non fallitur deus. Horum si quisquam perit, uitio humano  
 25 uincitur deus; sed nemo eorum perit, quia nulla re uincitur deus.  
 Electi autem sunt ad regnandum cum Christo, non quomodo  
 electus est Iudas ad opus cui congruebat. Ab illo quippe electus  
 est qui nouit bene uti etiam malis, ut et per eius opus damnabile  
 illud, propter quod ipse uenerat, opus uenerabile completeretur.  
 30 Cum itaque audimus: *Nonne ego uos duodecim elegi, et unus ex uobis*  
*diabolus est,* illos debemus intelligere electos per misericordiam,

---

14 Rom. 8, 29 16 Rom. 8, 30 19 Matth. 20, 16 21 Rom. 8, 28 30 Ioh.  
 6, 70

---

14 sunt] sancti *add. D; Gott., praed. 18 (p. 257, 20); cf. l. 2* 19 pauci] uero *add.*  
*D* 20 enim *om. Scot., praed. 12, 6 (p. 77, 143)* 22 etiam] sunt *add. Flor., sent. 4,*  
*11 (129 C)* 26 autem] enim *AA1A2A3DF; Ratra., praed. I (34 A); Scot., praed.*  
*12, 6 (p. 77, 150); Prud., praed. XII (1176 D); Abael., sic et non 31, 19 (p. 177, 72)*  
 28 et *om. D h; Prud., praed. XII (1177 A); Abael., sic et non 31, 19 (p. 177, 75)*